

Ceteri vero septem, quorum nomina sunt: Liutamiro, Strehemilo, Nedamuslo, Tesina, Luteciai, Ceustilo (Luc. et Farl. Ceustizo).

Ego Bonacursius q. Primi Parentis de Florentia Imperiali auctoritate notarius et nunc Communis Spalatensis Juratus, hoc exemplum sumptum ab autentico montano coram Reverendissimo in Christo Patre et DD. Dominico Dei et apostolice Sedis gratia dignissimo Archiepiscopo Spalatensi, una cum infrascriptis Benedicto Joannis, Stephano Desiderati et Lucano Primicerio, Notariis, diligenter et fideliter auscultavi, et quia utrumque concordare inveni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides de dicti D. Archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi, meoque consueto signo signavi et roboravi.

Ego Benedictus Joannis Imperiali auctoritate notarius hoc exemplum sumptum ab autentico montano coram R^{mo} in Christo Patre et DD. Dominico Dei et apostolice Sedis gratia dignissimo Archiepiscopo Spalatensi una cum suprascripto Bonacursio et infrascriptis Stephano Desiderato et Lucano Primicerio Notariis diligenter et fideliter auscultavi et quia utrumque concordare inveni, ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides de dicti D. Archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi, meoque consueto signo signavi et roboravi.

Ego Stephanus filius quondam Desiderati de Franchino de Teruisio publ. Imp. auctoritate notarius et nunc egregii viri D. Jacobi Gradensis Comitis honorabilis Spalatensis hoc exemplum suprascriptum ab autentico montano predicto coram R^{mo} in Christo Patre et DD. Dominico Archiepiscopo dignissimo Spalatensi una cum supradicto Bonacursio et Benedicto notariis et infrascripto Lucano Primicerio notario, diligenter et fideliter auscultavi et quia utrumque concordare inveni ut eidem exemplo adhibeatur de cetero plena fides de dicti Archiepiscopi licentia et mandato me in testem subscripsi, meoque consueto signo signavi et roboravi.

Ego Lucanus Bertani Ecclesie Spalatensis Primicerius Imp. auctoritate Notarius et R^{mi} in Christo Patris et DD. Dominici Dei et apostolice Sedis gratia Archiepiscopi Spalatensis hoc presens exemplum per me dictum Notarium scriptum, ut in dicto principali montaneo inveni, ita hic fideliter et per ordinem transcripsi et exemplavi, nil addens, vel minuens fraudulenter, quod sensum mutet, uel uariat intellectum, preter forte punctum, litteram aut syllabam per errorem, et una cum predictis Bonacursio, Benedicto et Stephano Notariis, coram predicto D. Archiepiscopo, et presentibus venerando in Christo Patre fratre Luca Dei gratia Episcopo Farensi, fratre Matheo ordinis S. Benedicti Abbate Monasterij S. Stephani Spalatensis Dioecesis, et Dessa Archidiacono Spalatensi testibus, fideliter et diligenter auscultavi, et quia concordare inveni cum ipso principali, de mandato et auctoritate ipsius D. Archiepiscopi in publicam formam redegei, signoque meo consueto signavi et ad maius robur omnium predictorum supradictorum DD. Archiepiscopus et Episcopus suorum sigillorum et abbas sigillo sui conuentus et Archidiaconus dictus sigilli sui Capituli iusserunt appensione communiri hoc presens exemplum, sub anno Dni. M.CCCXXXIII. Indictione prima, die penultimo mensis May. Pontificatus S^{mi} Patris et DD. Joannis Papae XXII. anno XVII. et tempore supradicti D. Archiepiscopi Spalatensis.

Locus sigillorum pendentium.